



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

7 de pignore Testamentario.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

*em. in P. l. traditio de acquir. rer. dom. P. l. nemo, de reg. iur. P. Vnde-
cimo vt qui sibi ius reliquorum pratendit in centu, esse ex rebus
sub hasta diuenditis, vel aliud (præter dominicale quod vocant
fonsier, vel patronatum, quib. nullum fit venditione præiudiciu,
d. l. nemo.) teneatur se venditioni obicere, duabus enim maxime
rationibus: l. belli proponuntur rerum diuendendarum publico loco, cū
ut facilius inueniatur emtor, tum etiam, vt si res qua vendi debet, fue-
rit alicui adstricta, cognoscatur, itaque venire admonetur exceptiones
suis allegaturus sunt enim exceptiones arma reorum, l. 1. §. 2. de excep-
t. §. 1. eo ap. Justin. quib. priuari non debent, utpote iure naturali concessa
defensione, l. vi. vni. de iust. §. iur. P. l. 1. C. vnde vi. Duodecimo cau-
tum, vt qui intercedunt pro impedienda distractione, quod suam
rem dicant, vel censum sibi deberi, vel nullas esse subhastationes,
probat de iure suo instrumentis authenticis, vel, si vt veliat tes-
tibus, intra tempus illis constitutum faciant, (opponens executioni
sententia, non differ. executionem, nisi statim doceat de iure suo, capi-
veniens extra, de testibus, l. si. in fi. C. de compensacionibus, l. in. n. si. de
ordine cognicionum.) alioquin interposito ex præcedenti formula
decreto, non admittitur. Et si in probatione propostæ exceptio-
nis defecerint, ob moratum decretum, multa 30. librarum Paci-
fientium erga fisco dammandi erunt, Constitutio regia Francisci
I. anni 1539. ar. 80. statuit is multam similiem et, qua indicitur reme-
re appellantis in curia suprema, et inferioribus subiectis, 20. libra-
rum, vel maiores arbitrio iudicum. Qui se obicit executioni, dicēs
rem suam esse, si in possideat, tenetur probare, glo. in l. 1. de priu-
fisco. C. l. 2. C. ne vxor pro mari. quod si possideat, ex quoentis proba-
tioni est onus, glo. in d. l. 1. de priu. fisco. §. d. l. 2. ne vxor pro mari. La-
disio Pio, §. si super rebus, et ibi Bar. de re iud. P.*

De pignore testamentario. Cap. 7.

- 1 Restestamento in pignus dari potest.
- 2 Legatarij et fideicommissarij habent hypotheccariam in bona de-
finita.

Rem in pignus testamento dari posse, dubium non est, l. nec
mirum de pig. aff. P. vt si testator leget annua alimenta, & sta-
tuat, vt pro illis sint obligata certa prædia, l. Lucius Titius, 12. de al-
limen. et cibar. lega. Nec dubium est, heredem ea oppignoratione
constrigi, quando aditione hereditatis videatur contrahi cū de-
finito, l. 3. §. fi. et l. 4. qui. ex caus. in possessio. ea. P. §. heres quoque, de
oblig. que ex quasi contrah. et contractu pignus recte fiat, vt postea,
Deo ianctē, dicemus. Hinc fit etiam, vt legatarij et fideicommissa-
rii possint quoque vti a cōtione Seruiana & hypothecaria, pro his
quæ testamento illis fuerunt relicta, ex tacita hypotheca, quæ po-
tuit a lege induci, vt expressa in testamento, l. 1. C. commun. de lega.

De Pignore legali, & de tacite in pignus venien-
tibus. Cap. 8.

Lib. 20. P. tit. 2. Lib. 8. C. tit. 15.

- 1 Lege statuta quadam tacite obligantur: pro censibus obligatur
res. eod.
- 2 Inuecta in prædium pro pensione.
- 3 Tacite obligata est domus pro pretio refectionis eiusdem.
- 4 Qui vxorens secundo matrimonio ducit, non redditus tutela fi-
liorum rationibus, sua hypotheca subicit pro eadem.
- 5 Vxoris bona obligata pro principio mariti.
- 6 Obligantur tacite hypotheca nomine, et pro dote, tutela, pro con-
tractu fisco.
- 7 Clausula obligationis presentium et futurorum bonorum ommissa,
pro expressa habetur.
- 8 Aii casus in quibus sit tacita rerum obligatio, quindecim nu-
mero.

Tacite, si d est, sine expresso consensu, quædam in obligationē
pignoris aliquando veniunt, lege sic decernente, l. 1. commu.
de leg. a. C. vt primum, pro censibus et tributis bona debitorū cen-
sentur tacite obligata, l. 2. in quib. cau. pign. vel hypoth. tac. contrah.
C. l. 1. C. si prop. pub. pensio vendi. sue. celeb. lib. 4. C. iur. 46. Sec-
cundo illata in fundum vrbanam, tacite obligantur pro pen-
sione hypothecæ nomine, & pro rei danno, l. 4. de pact. P. l. 2. §. 4. in
qui. cau. pign. vel hypoth. ta. contrah. in P. l. si non inducta, et l. fi. C. eo.
12. videhet quæ vius perpetui causa illata sunt, non alia, l. solutum
non videtur, u. §. plane, de pign. actio. P. l. debitor pactus est, 3. de pig.
P. nec ea quæ inuecta sunt in prædium rusticum, quæ hyp-
thecam tacitam pro pensione locacionis prædij eius non admittunt,
l. 1. in quibus cau. pign. vel hypoth. tac. contrah. in P. nisi cum distin-
ctione leg. certi iuris, l. 15. de loca. C. Tertio qui mutuat in refe-

ctionem domus, eam sibi tacite hypothecæ nomine obligatam
habet, l. 1. in quibus cau. pign. vel hypoth. tac. contrah. P. Quarto qui
vxorem ducit tutricem filiorum prioris matrimonio sui, non redditus
rationibus eorum, pro ratiocinijs eius hypothecæ bona sua subicit
tacite, l. si mater legitima, 6. C. in quib. cau. pign. vel hypoth. tac. contrah.
L. ommem mari. ad sensu. Tertio. C. Vt qui quinto contra, vxoris bona
pro obligatione principij mariti, hypothecam tacitam subeunt, l.
suis notum C. in quib. cau. pign. vel hypo. C. l. in de princip. l. b. 12. C. Et
item sexto, res mariti tacite lege obligata pro dote vxoris, l. affi-
duis, qui potior. in pig. habeat. C. l. unica, §. 1. de rei vxoria acti. C. Se-
primo hypotheca tacita in tutelis, l. pro officio, 20. de administrat.
iur. lib. 5. C. tit. 37. Octauo qui cum fisco contrahit, bona veluti
pignoris titulo obligat, quamuis specialiter id non exprimitur, in
l. 2. C. in quib. cau. pign. vel hypoth. tac. contrah. l. 2. §. 3. de priu. fisco. C.
non idem tamen, si quis contrahat cum ciuitate, vel municipio, l.
simile, 10. ad municip. P. Hoc tamen notandum est nono loco,
contractu ad esse in omnium instrumentum obligatorio, apponi clau-
sulam hypothecæ omnium bonorum, presentium & futurorum:
quam obrem & hodie si incuria ommissa fuerit tabellionis, pro ex-
pressa habetur, Cepoll. in l. quod si notis, §. quia assidua, per illum tex.
colum. 3. vers. ultimo, per istum tex. de ad. ed. l. ius. et de hoc Nico-
laus Boerius, q. 182. nu. 54. ¶ Decimo in prædijs rusticis fructus qui
ibi nascuntur, tacite intelliguntur pignori esse domino fundi lo-
cati, etiam si nominatim id non conueuerit, l. in prædijs, 7. in quib.
cau. pign. vel hypo. tac. cont. P. l. si in lege locacionis, 27. §. pri. et l. qui si
de iusfor. 5. loca. in P. lib. 19. tit. 2. Vndecimo venditor pignoris lo-
co quod vendidit retinet, quo ad emtor satisfaciat, l. quod si notis,
31. §. idem Marcellus, et l. illud, 29. de ad. ed. l. P. l. Iulianus, §. offer-
ri, de act. em. P. Duodecimo pignoris quoque loco reus commo-
datam comodataris retinet, pro impensis in eam factis, l. ordi-
ris, 15. §. fin. de furt. lib. 47. P. tit. 2. Decimotercio qui obligat instru-
menta emtionis, ipsas res emtas obligare videtur, l. 2. C. que res pig.
oblig. possit. lib. 8. l. 1. C. de do. Decimoquarto in pacto quod li-
ceat rem vendere, intelligitur facta obligatio hypothecæ, l. credi-
tor, 3. §. si qui petio. in pigno. habe. lib. 20. P. tit. 4. Decimo quinto bo-
na patris tacite obligantur pro aduictis filiorum, & eorum pre-
tius: quamuis ei non imputetur si male illis vltus fuerit, l. antepen. §.
fi. et l. si §. vbi autem l. pen. §. non autem de bon. que liber. C. Decimo-
sexto tacite obligantur bona prelati vel præpositi pro male admi-
nistratis ecclesie, cau. illud, l. 2. q. 2. an. lator. 2. q. 7. ca. ex presentium,
de pig. Decimo septimo si alicuius bona pro debito alieno eo in-
festo obligata sint, & postea si fideiussit, tacite videtur ratam habe-
re obligationem: diuersem autem si postquam si de iussit, eo infesto
res eius obligentur, Marcell. in l. Pomponius, §. in quib. cau. pign. vel
hypo. tac. contrah. P. Decimo octauo pro bonis paternis quæ resti-
tuti debent filiis prioris matrimonij, transeunte matre ad secundas
nuptias, bona propria matris sunt per legem supposita hypothecæ,
l. hac edictalis, §. omnib. de secun. nup. C.

De pignore conuentionali. Cap. 9.

Lib. 20. P. tit. 1. Lib. 8. C. tit. 14.

- 1 Pignus conuentionale quid.
- 2 Pignus hoc duplex, tacitum et expressum.
- 3 Pignus expressum generale omnium bonorum: et speciale aliquo-
rum.
- 4 Res qua hypotheca subici possint, et qua non.
- 5 Pignorari quando possint res ecclesiasticæ.
- 6 Pignorari non possunt homines liberi pro debito.
- 7 Obsides tamen dari possunt.
- 8 Seruitutes oppignorari nequeunt urbana alia possunt.
- 9 Res aliena oppignorari nequeunt, nisi conditionatim, si non susci-
ant, vel si dominus dissimulet et permittat obligari.
- 10 Pignorari non debent, nec in pignus iudiciale capi possunt res agri-
cultura destinata.
- 11 In generali omnium bonorum hypotheca, qua excepta censentur,
arma non possunt obligari, eod.
- 12 Per quæ quæ possunt hypotheca nomine obligare, vel in pignus
dare.
- 13 Pignus quomodo contrahatur.
- 14 In pignoris constitutione pactum admitti, vt si intra tempus debi-
tum non sit solutum, iure emtionis possideatur.
- 15 Pactum legis commissoria in pignoribus improbatum.
- 16 Pure et sub conditione pignus constitutum omnium, et aliquo-
rum bonorum.
- 17 Finis et rationes constitutionis pignoris.

Conuen-